



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Basilicae S. Mariae. Maioris De. Vrbe A. Liberio. Papa. I.  
Vsque Ad. Pavlvm. V. Pont. Max Descriptio. Et. Delineatio**

**Angelis, Paolo de**

**Roma, 1621**

Cap. II. De vestigio, & sacelli pauimento.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13873**

collocatum. Vnde etiam perplures sacræ historiæ circundant candido marmore cælatæ, atque sepulchra mira præstantia, & arte constructa, de quibus suo loco.

## DE VESTIGIO, ET SACELLI PAVIMENTO.

### Caput II.

**S**unt generalem descriptio-  
nem, peculiaris consequitur;  
nimurum breuiter vestigiū,  
pauimentum, & omnia ad  
facellum spectantia signifi-  
cando. Exin ad Aram ma-  
ximam properabimus; postea primaria eius  
pars significabitur, quod erit prima facelli  
pars interna; cui secunda succedit, nimurum  
dexterum latus. Tertia pars ad aditum cum  
clathris spectabit. Quarta vero, & ultima,

A erit sinistrum latus sacrario adiunctum. Ut autem à primo inchoemus, Pauimentum varijs marmoribus est conditum, in cuius medio sanctissimi Præsepis ædicula adest, Altare supereminente, ex porphyreticis, serpentinis, atque alijs miri pretij lapidibus ad Pontificium sacrificium optimè disposito. Præsepium, atque vetusta ædicula, è loco vbi prius inerat, fuit sub hanc Aram insigni arte translata, nihil partes diuidendo, sed omnia coniuncta seruando. Illa spatium

Præsepe, atque  
ædicula à loco  
vbi prius erant,  
sub Sixti V. fa-  
celli aram tra-  
ducta.

B continet vnde circundans, picturis orna-  
tum, quo possint homines incedere, & per  
aliquot gradus duabus ex partibus locatos  
progredimur. In Ara maxima quatuor An-  
geli ænei deaurati cernuntur, altera manu  
æneum tabernaculum sustinentes, varijs lo-  
culamentis, figuris, Parastatis, capitellis, &  
basibus ordine Corinthio egregia arte fabri-  
catum. Altera vero luminare assidue die,  
ac nocte accensum. Pro qua re Sixtus Quin-  
tus Pontifex peculiares redditus assignavit.

In Præsepis fa-  
cello die, ac no-  
cte ingent lumí-  
naria resplen-  
dent.  
De ordine Co-  
rinthio, acque  
composito, vi de  
Vitrinuum, lib.  
4. cap. 1.

